

JOANNIS HENRICI  
BOECLERI  
IN  
HERODIANVM  
ANNOTATA.

**L**ib. 1. Cap. 1. pag. 1, 2 & 3 continet Proœmium in quo de Historiæ veritatis turbamentis agit suumque consilium exponit & argumentum commendat. more scilicet, plerisque Historiarum Scriptoribus recepto. Confer Tac. 1. A. 1. & 1. H. 1. præsertim Ioseph. proœm. in antiquit. Iud. Dionys. Halicarnass. 1. qui recte observat τὰς εἰωθότας ἀποδιδόσθαι τοῖς προοιμίαις τῶν ἱστοριῶν λόγους, rationes in proœmiis historiarum reddi solitas pertinere partim ad argumenti, partim ad Scriptoris commendationem. Thucyd. 1. Procop. Persic. proœm. ubi eleganter ait: πρέπει ῥηθῆναι μὲν δεινότητά, ποιητικῇ ἢ μυθοποιίᾳ, ζυγγραφῇ ἀλήθειαν. Rhetorica quidem gravitatem; Poetica fictionem; at Historica si de Historiarum descriptione veritatem convenire. Niceph. Gregor. lib. 1. ubi concio Andronici super hoc argumento. Cantacuzen. initio Tertii.

τὸ δὲ ἀκριβὲς ) mallet Stephanus: τὸ δὲ οὐκ ἀκριβὲς. Sed bene se habet lectio: sive memineris τὸ ἐλέγχειν sive idem significare, quod τὸ ἀνακρίνειν, sive ita acceperis; curam & studium inquirendi veri, quatenus adhibuerit Historicus, in rebus tam longinquis non posse usque ad ἔλεγχον discerni, aut reprehensioni exponi.

1, 1, 2. ἐξ ἑπερὶ Ῥωμαίων δυναστεία μετέπεσεν εἰς μοναρχίαν ) Ita Dio de Augusti principatu s2 principio: οὐκ ἔστι τῆς μοναρχείας αὐτοῦ ἀκριβῶς ἠρξάνθαι. Ex hoc (Romani) prorsum sub unius imperio cæperunt esse. Qui locus con-

con.